



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Iudiciis extraordinariis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

Abbas. de offic. deleg. c. veniens. de test. c. Raynutius. de testam. Vel jus constitutum tantum declarat & conservat. c. præceptum. dist. 12. c. quia intentionis. de privileg.

Priori modo concessa, petitionem alterius & judicis cognitionem remoratur, non posteriori modo; in forma, puta communi, concessa. *c. quia diversitatem. de concess. præbend. c. conquestus. 11. qu. 3.*

Sed hæc obtinent, si confirmatio sit *utilis*, id est, si valet; non, si *inutilis*.

Inutilis est, quæ per subreptionem, c. 2. hic. vel obreptionem, c. ad nostram. hic. impetrata.

De Iudiciis extraordinariis.

T R T. X L I I .

HAec tenus diximus de iudiciis ordinariis: restat ut & de extraordinariis seu Summariis aliquid dicamus.

Est *Iudicium Extraordinarium* seu *Summarium*, quando non in figura iudicii, sed ex judicis officio, per modum inquisitionis, vel denunciationis, vel aliás de plano & æquitate proceditur. *c. super his. &c. qualiter. de accusat.*

In eo ergo, nec solennis libelli porrectio, nec litis contestatio est necessaria. Tempore feriarum ob hominum necessitates concessarum judex potest procedere, dilationes, exceptiones, appellations dilatorias & frustratorias repellere, testimoniū superfluam multitudinem refrænare; terminum ad simul positiones & articulos dandum præscribere; ad omnia acta & monumenta, quibus partes in causa post articulorum dationem uti volunt, diem certam pro libitu assignare; stans vel sedens, etiam conclusione non factâ, sententiam proferre. *Clem. s̄a. de verb. sign.*

Sic proceditur, in causis electionum, postulationum, vel provisionum, dignitatum, personatum, officiorum, præbendarum, decimarum, matrimonii, usurarum; & similiū. *Clem. 2. de judic.*

FINIS LIBRI TERTII.

AR-

